

Dubio.
 interpretatur confusio. i. in mundo ubi perpetua confusio dominatur: mensura istius regis est mundi prosperitas quam dyabolus abbat et reficiat peccatoribus. pueri isti sunt sancti viri religionis et perfecti qui de semine regis id est de semine christi per electionem et adoptionem sunt nati. **Jobis. pro** Dedit eis potestatem filios dei fieri hiis qui credunt in nomine eius. Quid igitur? Pro certo quando nabugodonozor. i. dyabolus potest prevalere contra ecclesiam vel religionem et ipsam per peccatum suo domino subiugare. et populum eius in babilonem. i. in amorem huius mundi deducere ipse sume nititur quod pueri de semine regis id est viri ecclesiastici et religiosi qui sunt sancti et semine regum. id est personarum sanctarum id est quicumque sunt immaculati et sancti et in scientia spirituali et theologica eruditum et morali pulchritudine insignitum utantur cibis mensis huius mundi delicias et prosperis et instruantur in litteris babilonis id est mundi scientiis. maliciis et cautelis et hoc totum ut ipsos possit habere stantes ante se inferius in inferno quia extrema gaudij luctus occupat. **Proverborum decimo quarto** Et hinc est quod multi ecclesiastici non curant hodie nisi de delicias et scientiis mundi scilicet legibus et medicinis et ideo homines duntaxat facere sicut fecerunt tres de illis scilicet ananias azarias et misabel et damiel qui mensam regis spreverunt.

abstinentes quod fuerunt et non fuerunt cremati vel cotatiati sed domino placuerunt et pluribus scientiis effulserunt. Sic vere debet carere de mensa ista. i. de mundi prosperis et in abstinentia et paupertate voluntaria vivere. et ita domino complacere et sicut isti pueri in igne non fuerunt combusti. sic nec viri abstinentes igne luxurie comburuntur. Et ideo bene dicitur **ecclesiastici xxxviii. propter** capulam multi perierunt: qui autem abstinentes est adiuncta vita. Et sic isti pueri abstinentes fuerunt inveniunt pulchiores et sapientiores et regi pre ceteris amplius placuerunt. sic vere qui sunt abstinentes contra regem christo plus placet et plus pollent pulchritudine morali et scientia spirituali et minus possunt igne viri id est concupiscentia carnali

Udit nabugodonozor sompnum scilicet statuam gratam et sublimem ac terribilem ad videndum: caput et collum ex auro optimo: pectus et brachia ex argento: venter et femora ex ere: tibiae autem ferreae: pedis vero pars quaedam ferrea. quaedam fictilis et testacea. Nam quanto statua ad pedes appropinquabat. tanto metallum eius deterius erat. Tande vero de quodam monte absisus est unus lapis pulvis sine manibus qui percussit pedes et factus est motus magnus in terra. Statua haec est ecclesia vel religio. que pro certo per progressum temporis multipliciter mutat